

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Sechster Band.

Mit 2 Siegeltafeln.

Hannover.

H a h n' sche Buchhandlung.

1881.

Briefe aus den Jahren 1047 — 1146.

Mitgetheilt von Jul. v. Pflugk-Harttung.

I.

Papst Clemens II. schreibt an Heinrich III, er liege im Sterben, sehe seinem Ende gefasst entgegen, der Kaiser möge für seine Begleiter sorgen und den ihm übermachten Ring zu seinem Andenken tragen¹⁾).

1047, Anfang October.

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilectissimo prius domino, inde filio, nunc vero nec filio iam nec domino H(einrico), invictissimo imperatori prepotentissimoque augusto, novissimam apostolice benedictionis salutem.

Karissime, karissime, signis non lingua tibi vivo et utinam multos annos victuro loquor mortuus, nunquam iam amplius lingua vel signis ulli locuturus. Ultimam tibi voluntatem indicavi, quem unice pre cunctis visibilibus amavi, in quo post Deum solo speravi. Tu fiducia mea superstes, tu anime meę longa provisio, tu omnis meorum consolatio, tu votorum meorum perfectorum certa quidem spes, nec dubitabilis, hac²⁾ per hoc mihi optabilis! In tali quoque mihi supervivens herede credo, me non obisse sed abiisse a mundo, non recessisse sed remansisse, nec tamen ex aliqua parte sed fere ex toto; alteram enim meam te animam quodam modo iudicavi, quod post mortem nec ipso corpori³⁾ privavi. Ecce corpus meum, o anima mea altera, ecce corpus meum. Recipe me nunc exanimatum, cui animato nuper dedisti papatum; invitissimus ad tantum culmen ascendi et, quia vere indignus fui, ideo forsitan tam cito rui, sed quolibet contingerit modo, ego tamen obedivi et obedientiam, licet sine fructu, finivi⁴⁾. Orent pro me fratres, qui me ad hoc invitabant, immo cogeant, oret etiam maiestas domini nostri Iesu Christi

1) Für nachträgliche Textvergleiche der beiden ersten Briefe und gütige Bemerkungen habe ich Herrn Dr. W. Meyer in München bestens Dank zu sagen. 2) hac = ac. 3) statt 'corpore te'. 4) Mit Anspielung auf Phil. 2, 8.

fideliter, ut, qui me indignissimum eius nutu ad apostolicę
 vitis¹⁾ altitudinem in hoc seculo promovistis, ipse me, ab hoc
 seculo sublatum, dignetur in celum recipere et in electo-
 rum pontificum numero numerare. Ut vero hoc miseratus
 efficiat, generaliter omnes sanctos ut rogent, rogo rogare, et
 specialiter cęli hostiarium, dominum meum apostolum Petrum,
 cuius vice, etsi inmerito fultus²⁾ fui³⁾, sed tamen eius pro-
 desse⁴⁾ cupivi, et quia votum non contigit effectum, velit
 habere pro facto votum. Ad hoc in patriam corruptibilem⁵⁾
 meum iam corruptum, in patriam, sue corruptionis matrem,
 revehi volui, ut non solum, ubi compactum est, ibi dispagi-
 netur, sed compatriotarum compago quoque precellat, eos-
 que invisibilis humanitatis miseria ad⁶⁾ misericordiam com-
 punctionemque impellat, quatenus omnes orent pro eo, qui,
 cum dilexisset suos, sic in finem dilexit, ut post ipsum finem,
 post ipsam mortem mortalia eis sua remitteret, et de sua quod
 posset solatii gratia representaret. Qui ergo taliter dilexit,
 taliter diligatur talique dilectio precibus impendatur. Pulsent,
 pulsent omnes te pulsante, excitent te excitante, qui non dormi-
 tavit, neque obdormiet sancte ecclesię sponsus, ut quia diu
 illum quesivi, tandem merear per vos invenire, cui ipse per
 vos dignetur aperire suisque ineffabilibus thalamis unire.
 Karissime, multa moveret animus inculcandi tibi, nisi violentia
 illum raperet sibi, sed quod non erat ullatenus pretermitten-
 dum, illud elegit addendum. Denso tam clericorum quam
 laicorum agmine stipatus domo fui⁷⁾ egressus, ad quam vix
 cum raro ipse non rediens redeo, alii ante me, alii mecum
 diem clausurunt ultimum extremum. Hos paucos, quos me
 reducentes⁸⁾ mecum reduco, tuę fidei iterum et quotiens iterum
 dici possit, commendo et recomendo, ut, quod a me⁹⁾, non
 merorem pro labore vestre pie liberalitatis mereantur largi-
 tione. Omitto nimirum diversarum rerum fatigia, quia tua
 caritate subivi asperos casus, quos pro te toleravi. Qui etiam
 cursum fidei circa te votumque dilectionis feliciter consum-
 mavi. Non his equidem fisus sed soli tuę fidei tueque benigni-
 tati innisus, illos tibi commendo, dolendo quidem et flendo,
 quia vestri vultus sortis amare solatio privatus¹⁰⁾, oculos in
 longas tenebras clausi, post quandoque in lucem perpetuam,
 Christo iubente, reclusurus. Quia vero ad inevitabilem vite

1) So, augenscheinlich statt 'vicis' die Hs. — Vorher ist 'quia' zu ver-
 bessern. W. 2) 'functus' würde besser passen. 3) 'sui' Hs. 4) 'pro-
 desse' mit dem Genitiv statt mit dem Dativ gebraucht, wie oben 'private'
 mit dem Dativ statt mit dem Ablativ, sonst 'eis' zu lesen. — Vielleicht ist
 'ecclesię' zu ergänzen. W. 5) Lies 'corruptibile', scil. corpus. W.
 6) 'et' Hs. 7) 'sui' Hs. 8) 'reducentem' Hs. 9) d. h. so viel an
 mir liegt. 10) scil. privatus solatio sortis amarę, quod vester vultus
 prębere potuit (Meyer).

metam pertingimus, ante quam ferrea taciturnitate lingua sileat, dicat, quod te medullitus, mi karissime, moveat. Anulum digiti mei digito tuo devovi, ut quotiens illum videris, Clementis recorderis¹⁾. Illius enim mens sollicitudinis pregravata ab eius non cadet memoria, cuius anulum fers in dextera. Utere igitur, utere, illum respiciens cogita, quia cito transit hec vita eiusque concupiscentia. Quia vero, balbuciente lingua, ulterius protrahi non valent eloquia, karissime, karissime, tibi valituum per eternum titubantibus digitis et toto corpore scribo ultimum Vale.

Abschrift des 13. Jahrhunderts im Cod. lat. 4625 fol. 161^b. 162 der kgl. öffentlichen Bibliothek zu München, früher Kloster Benediktbeuren. — Die Möglichkeit einer Stilübung ist nicht ganz ausgeschlossen; sie müsste aber dann dem Ereignis selbst ganz nahe stehen.

II.

Formel zur Verfluchung des Gegenpapstes Clemens III. und seines Anhanges.

1110 c. Februar—April.

[E]go . N . illius loci [d]ictus episcopus seu [c]uiuslibet ordinis [c]lericis anathe[m]atizo omnes [h]ereses et scismata [c]um suis auctoribus, precipue Wibertum, quondam [R]avennatensem episcopum, [a]postolicę sedis, vi[v]ente Gregorio, [i]nvasorem, et omnes [e]ius complices, secta[t]ores, communi[c]atores et Hein[r]icum, dictum regem, [c]um heresi sua, spondens sub ordinis mei casu et anathematis obligatione atque promittens tibi, G(evehardo) legato sedis apostolicę et per te sancto Petro apostolorum principi eiusque vicario beatissimo Paschali successoribusque eius, me numquam ad scisma, de quo redemptoris nostri misericordia liberante ereptus sum, esse reversurum. Unde iurans dico per Deum omnipotentem et hæc sancta IIII evangelia, que in manibus meis teneo, me in unitate ecclesię et communicatione Romani pontificis per omnia semper et sine dubio permanere. Quod si, quod absit, aliqua excusatione vel argumento me ab hac unitate divisero, periurii reatum incurrens, eterne penę obligatus inveniar et cum auctore scismatis habeam in futuro seculo portionem. — Ego . N . huic professioni meę lectę atque perlectę propria manu sponte subscripsi.

Abschrift vom 12. Jahrhundert des Cod. lat. 3739, fol. 17^b. 18 in der kgl. öffentlichen Bibliothek zu München. — Die Abschrift steht am Rande unter dem Briefe Papst Paschalis II, Jaffé Reg. 4355.

Bernold sagt in seiner Chron. Mon. G. SS. V, p. 467:

1) Nach Art der Bischöfe wird Clemens den Ring vom Kaiser als Zeichen der Belehnung erhalten haben. Später ging der Ring des Vorgängers direct als Insignie auf den nächstfolgenden Papst über. Zoepfl, Papstwahlen S. 175.

‘An. 1100. domnus Paschalis papa nativitatem Domini Romae cum magna pace celebravit (nämlich im Jahre 1099) et per literas suas venerabili Gebhardo Constantiensi episcopo in Teutonicis partibus apostolicas vices commendavit, quas ab antecessore eius iam multis annis obtinuit’. Aus dieser Stelle und Jaffé, Reg. 4349. 4355 geht hervor, dass Gebhard von Constanz zu Anfang des Jahres 1100 die Legatenwürde bestätigt erhielt. Wohl bald darauf ist diese Formel unter seinem Einflusse oder direct von ihm entworfen. Schon im September 1100 starb Wibert. Ueber die Lage der Dinge vergl. Henking, Gebhard III, Bischof von Constanz, S. 62 ff.

III.

Angehörige der Augsburger Diöcese schreiben an Bischof Hermann von Augsburg, stellen ihm das durch ihn über das Bisthum gekommene Unheil vor und ermahnen ihn, zu der rechtmässigen Kirchenpartei überzutreten.

1104—1106.

Domno H(erimanno) cathedrę pontificalis ecclesię Augustensis inessori humiliantes se ex ovili sanctę Marię¹⁾ hęc verba obedientię. Dominus noster Iesus Christus lapsum plasmatis sui misertus et exinde iam debite penitudinis obliviscitur, etsi altissimus humilis, dum in carne visibili pro redimendis ovibus aparuit, plurimis, quibus mens sanior, ex inmensa suę benignissime largitatis illustracione etsi humillimus magnus innotuit. Ast erga eos, ut nosti, quos eo devius abduxerat error, ut dictis factis, omni scilicet nisu, eius annihilarent nomen, suis tunc temporis sequacibus seu aliquibus post hos inthron[i]zandis aliud exemplum non daturus²⁾, haud mox secularis potentię sive tyrannidis impetu invaluit, immo nutriendis filiis incultis lac potius quam escam impertivit. Vulnera quoque semivivi oleo tandiu fovit, quousque egrotum dignum et vini sapore censuerit³⁾. Hęc tractando tuum noveris officium. Nempe tua hęc, quam regendam ecclesiam invasisti, quam pene ignorantem se, quam egredi iam abireque cogendam invenisti, tot confusionum scismatibus perturbata⁴⁾, tot erumnarum miseriis calumniata, paupercula videlicet et egena, super quam beatus intellegas, eget, tu vero, quem in die mala

1) Der Augsburger Dom war der h. Maria gewidmet. 2) Um sowohl seinen Jüngern, als auch denen, welche später auf den Thron erhoben würden (gemeint sind die Bischöfe als Nachfolger der Apostel, sie wurden bei Uebernahme ihres Amtes inthronisiert), ein gleiches Beispiel, für beide verbindlich, zu geben. 3) Anspielung auf Luc. 10, 34.

4) Unter dem Pontificate Siegfried's II.

Dominus liberet¹⁾. Postquam egregius doctor obdormivit Embricius²⁾, a pacis visione latrunculis illapsi decidimus. Levita post hunc preteriit sacerdosque, quorum alter paucis conplacuit et de simplicibus vix alter frutificavit³⁾, et quis nos eruet a direptione? Hos casus | passis (verbis | detur) est opus assis⁴⁾. | Si meruit | ve, qui non stringit vulnera | caute, dupl[ex | promeruit, qui [sa(?) | nis vulnera fe[cit(?) | ⁵⁾. Fulgere igitur cu | piens huius dec[o | re presulatus, op[or | tet, ut sit si[ne | digressionem Sa | maritanus. Quid | plura? Fatem[ur, | comper-
tum est: | Quis? per quem, | a quo vel quomodo | sis inthroniza[tus! | Compaciebamur do | lentes carita | tive⁶⁾, non inobedientes presumptuose. Sustinuimus pacem, et non venit. Quesivimus bona, et ecce turbatio. Quisnam turbetur, si non terrore movetur?⁷⁾ Etenim non dolose gementes, sed pre amaritudine animi propter instantia quedam pigritantes, ut non fratres invadimur et velud malefici pulsionum minis relegationisque affligimur tyrannide secularium, quorum gravedine incurvati sumus tanto tempore. Fraternali invectione distrahimur. Sed dominus iustus concidet cervices peccatorum, confundantur et convertantur retrorsum omnes qui oderint Syon. Ut enim edificentur muri Ierusalem, benigne faciet Dominus in bona voluntate sua Syon. Si minas hominum cuivis incurrere stultum est, quis plasmatoris non precavet omnibus horis? Dum presumentes de se sic terreat ipse?⁸⁾ Quid gloriaris in malicia qui potens es et cetera⁹⁾. Sed tu, | ne destruaris velud inimicus, | esto de quo patri [di | cat filius: Et l[in | gua mea medit[a | bitur iusticiam tu[am | t(ota) d(ie) l(audem) t(uam)¹⁰⁾. Nec ta[men | laudabili[us | eris¹¹⁾, quam si Briccium | Turo-nensem¹²⁾ in[mite? | ris, qui suis se dolose Romę | compellen-

1) Nämlich diese deine Kirche, deren Regiment du an dich gerissen hast, die du gefunden hast als eine die sich selber kaum noch kannte, die daran war aus den Fugen zu gehen etc., sie hat es nöthig, dass du als ein Gottseliger für sie sorgst, du aber, dass an dem schlimmen Tage (am jüngsten Gerichte) Gott dich freispreche. 2) Embrico von Leiningen, Bischof von Augsburg, 1064—1077; Näheres namentlich bei Braun, Gesch. von Augsburg I, S. 387 ff. 3) simplex hier im Sinne der Vulgata; und der Andere kaum von Einfältigen, Guten eine Frucht erzielte, wie viel weniger genügte er für die Gottlosen? Angespült ist auf die beiden Bischöfe Siegfried II. und Wigold. 4) Opus est ut adsis iis, qui hos casus passi sunt. In Parenthese 'uerbis detur = orantibus concedatur'. Ein leoninischer Hexameter (W. Meyer). 5) (Es liegt auf der Hand, dass) wenn schon derjenige (Strafe) verdient, welcher Wunden nicht vorsichtig streicht, der doppelt (Strafe) verdient, der Gesunden Wunden beibringt; 2 Hexameter. 6) Es steht t. u. e., zwischen t und u ein i wegradiert; Gegenstück zu presumptuose. 7) Hexameter. 8) So weit drei Hexameter. 9) Psal. 51, 1; in der Hs. q. p. e. 10) Psal. 34, 28. 11) Vielleicht auch 'laudabili[us fec]eris', doch ist der Raum dafür etwas knapp. 12) Berengar von Tours ist gemeint.

tibus co[n|sensit et dolosa[m | eorum maliciam consentiendo
 ta[n | dem devicit¹⁾. Ita | sive per te sive | fidissima lega-
 tione apostolico nostro omni obedientia totus innotescas et eius
 ducatu dominicas oves audacter pascere non pavescas. Ni-
 mirum, si quod in accessu excommunicationis opprobrium in-
 curristi, digne per hunc et laudabiliter evasisti²⁾. Quid ultra?
 Et si carni nostrę penitenda sunt, quę diximis, non tamen ea,
 quę vidimus et audivimus, non loqui possumus: Deum potius
 audire quam hominem, diiudicantes³⁾. Igitur ne tradas ob-
 livioni, quod modo nostrę occurrit sermocinationi. Romanus
 quidam pontifex similis partim infamię habitam erga se mur-
 murationem dum conticeri prohibuit, suimet victor gloriosissime
 triumphavit⁴⁾. Accepta namque sententia ad nullum se dirigi,
 cuius iudiciariam potestatem super se contremescat, preter eum,
 in cuius viventis horrendum est incidere manus⁵⁾. Huius
 inevitabile i[u | dicium exhor | rens, surgit | a solio et ex di-
 vino se ipsum ip | se degradavi[t | imperio. Eia Chri[sti | fu-
 turus adleta | tante celsit[u | dinis precelle[n | tię inclina[re | non
 formidabis, u[t⁶⁾ | omni spurcicia mundaberis, sup[er | nivem
 de Alba⁷⁾ | in Christo sublim[a | beris⁸⁾. Quippe | domnus ille,
 cu[ius | mencionem fecimus, | dum in conspectu | omnium tanto |
 gregi providen[do | necessarius claruit, prece tandem victus
 universorum in apostolica sede resedit⁹⁾. Idcirco resuscitatus

1) Der den Seinigen nachgab, welche in kriegesischer Absicht ihm in Rom Gewalt anthaten und endlich durch seine Zustimmung ihre Schlechtigkeit besiegte. Berengar von Tours widerrief in Rom zweimal 1059 und 1078, hier scheint der spätere Widerruf gemeint zu sein, nach welchem er sich auf die Insel Cosme bei Tours zurückzog. Ähnlich soll auch Hermann dadurch, dass er sich auf die Seite des Papstes stellt, seine bisherigen Parteigenossen besiegen. 2) Nämlich wenn du einem Vorwurfe verfallen bist durch die Excommunication, so entgehst du demselben durch den Papst. 3) Und wenngleich wir für unser Fleisch (unser weltlich Dasein) bereuen müssen, was wir gesagt haben, so können wir doch nicht verschweigen etc. Wenn du uns auch zürnst und uns daraus Gefahr erwächst, so reden wir doch. 4) Während (dadurch dass) er verbot, dass man todt schweige das Gemurr, welches gegen ihn stattfand, triumphierte er. Mache es auch so, lass dem Unwillen gegen dich freien Lauf, es gereicht dir zum Besten. Der 'quidam pontifex' ist Victor III, dessen Name in seiner gewöhnlichen Bedeutung noch in dem gleichen Satze eingeflochten ist, die murmuration ging zunächst wesentlich von der kaiserlichen Partei mit ihrem Präfecten Petrus aus, nur scheint auf die Vorgänge der Fastensynode von Capua angespielt zu sein (vergl. Giesebrecht, Kaisergesch. III, S. 587. 588). 5) Ebr. 10, 31. 6) unde? ubi? 7) Vergl. Psalm. 50, 9. 8) Er (gemeint ist Bischof Hermann, als zukünftiger Streiter Christi) wird sich nicht scheuen, sich zuzuwenden, zu neigen vor solcher Erhabenheit, wie du dich rein waschen wirst, so wirst du über den Schnee der Alb erhöht werden, d. h. wirst du reiner sein. Nimm dir ein Beispiel an jenem Papste und du wirst deiner Sünden entledigt. 9) Nämlich, als es Allen klar war, dass er nothwendig

ab eo et cognitus, qui te voluit accingere gladio potentissimi, quo a patre, matre et socru, ipse filium filiam separavit et nurum, specie tua et pulchritudine tua, qua te accumulavit, intende¹⁾). Prospere procede ceteris imitabilis in virtute de virtute, et regnabis propter veritatem qua exhortaberis insipientes, et mansuetudinem qua suffers impacientes, et iusticiam qua ampliaberis per renascentes²⁾). Et ita fructificando perdurabis in potenti sublimitate humilis³⁾). Dum enim sagittis tuis cadent corda inimicorum regis, sedes Deo delectabilis eris, domus scilicet eburnea⁴⁾), ex qua illum delectet regeneratio mundissima. Hęc si cordis aure audie|ris, pro patrib[us] | filius Dei const[i] | tueris, ut | super omnes terre | nis inbian- | te[s] | iocundanter | principeris. Nec tibi viles | cat in ēdifi- | cium mulieri[s] | fortis factum, | quę cognito quorundam re- | latibus, quod a christi[a] | ne religionis | tramite aberrasset ma- | ritus, | non Deo bonorum | omnium datori, | sed nefario resi- | stens amori, | probe dissensit, | donec in eo per | beatum Ba- | silium | antistitem⁵⁾) tam animi restauratione quam gaudere potuisset de corporea consolatione. Quod factum nostrum aspice, tuum respice⁶⁾), istud psalmistę non surda percipiens aure: Disrumpamus vincula eorum et p(roiciamus) a n(nobis) i(ugum) i(psorum)⁷⁾). Ut quid enim mora? Quia⁸⁾) querenti

sei zur Sorge für die Heerde, blieb er auf dem apostolischen Stuhle. Victor III, auf den wieder mit victus angespielt wird, legte zu Terracina die Insignien seiner Würde ab und weigerte sich hartnäckig, sie wieder anzunehmen. Die 'preces universorum' sind sehr euphemistisch, in Wirklichkeit bewirkten ganz andere Vorgänge die Rücknahme des Papstthums (Giesebrecht III, S. 588. 589). 1) Deshalb giebt Acht auf deine Schönheit, wieder erweckt von dem, der dich mit dem Schwerte des Mächtigsten umgürten wollte, durch welches er den Sohn vom Vater getrennt hat (gemeint ist das geistliche Schwert, die Trennung durch das geistliche Amt von der Familie). Das 'resuscitatus' weist auf den 'futurus athleta' zurück. Wie der Papst erst zurücktrat und dann wieder Papst wurde, so thue du es als Bischof. 2) Schreite vor als Glücklicher, den Anderen nachahmenswerth in der Tugend aus der Tugend (welche aus wahrer Tugend entsteht) und du wirst regieren wegen der Gerechtigkeit, durch die du verherrlicht wirst von den Wiedergeborenen (im christlichen Sinne). 3) Anspielung auf Christus, vergl. S. 629, auf die Erzählung vom Samariter, vergl. S. 630 Anm. 3, und auf Victor III. 4) Vergl. 3 Reg. 22, 39. 5) Es steht 'an|antistitem', offenbar das an aus Versehen zweimal gesetzt. 6) Diese unsere (für uns, die rechtmässige Partei zeugende) That siehe an, auf deine schaue zurück (gedacht ist unklar an die Kirche als Braut, Gattin, den Bischof als Gatten, dem als solchen das Recht zusteht, von seiner Gattin, der Gemeinde, Gehorsam zu verlangen). 7) Diese Worte des Psalmisten sind gesagt, um zu zeigen, was der Gemeinde am nächsten lag, was sie aber nicht gethan hat, sondern nur 'probe dissensit' (oben). Angedeutet ist, der Bischof möge sich aber doch vor einer Erhebung der Gemeinde in Acht nehmen, eine solche wäre immerhin möglich. 8) So habe ich statt des unverständlichen 'qua' gesetzt. W.

pax erit. Eia audi, si quod apostolicum tibi suggerit istud: Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? et cetera. Quid te detineat scimus et impediat. Hinc amor, inde timor; sed amando pelle timorem¹⁾. Solus qui legitime certaverit, victor erit. Devocio ergo nostra Deo cum psalmista supplicet²⁾, ut in verba malicię cor nostrum ad excusandas excusationes in peccatis, non declinet, et ne donis celestibus privemur cum hominibus, operantibus iniquitatem, et cu[m | electis eorum | non communicando | participemur³⁾. | Hęc tibi dirigere | cupientes, ve|nimus ad te. Emi|nus hęc ipsa promisisti, ni modo | frustra. Vide ergo ne lumen, quod in | te est, tenebrę sint, nec quod foris ostenditur, | intus a mercede | vacuetur. Arbor | ut ostensa det | fructum, dicta | repensa. En fun|damentum firmasti, perfice murum. Impulsus stabis, si factis dicta probabis⁴⁾.

Abschrift vom 12. oder Anfang des 13. Jahrhunderts im Cod. lat. 3739 in der königlichen öffentlichen Bibliothek in München; e bibl. eccl. cathedr. Augustanae. Die Abschrift steht von Fol. 31^b—37^a am Rande, der Rand ist beim Einbände an den Ecken etwas zu stark beschnitten, wodurch bisweilen die letzten Buchstaben der Zeile verloren gegangen, die dabei in Betracht kommenden Zeilenschlüsse sind durch einen Strich angegeben.

Nach den geringen Anhaltspunkten zu schliessen, welche der Brief gewährt, scheint derselbe zwischen den Tag von Regensburg, Januar 1104, und den Tod Kaiser Heinrichs IV, der Lossagung Hermanns von den Wibertisten 1106, zu gehören. Von diesen Ereignissen, der Absolution Hermanns, findet sich noch keine Andeutung, keine auch von einer etwaigen Pontificatsdauer, während die bezüglich der Uebernahme des bischöflichen Amtes, des damaligen Zustandes der Kirche ziemlich hervortreten. Das 'venimus ad te' wird sich auf die Gesandten des Domkapitels beziehen, welche nach Regensburg kamen; die Versprechungen werden der Zurückerstattung der Güter gegolten haben, die dann nicht gehalten wurden (Näheres bei Braun, Gesch. der Bischöfe von Augsburg II, S. 25ff.). Der Geist, der aus dem Briefe spricht, ist so ziemlich der von Hermanns Biographen Udalskalk, des Abtes von St. Ulrich; vollständig, ohne den geringsten Zweifel, steht der Schreiber auf der Seite des Papstes. Der Stil ist nicht ganz so verkünstelt wie der des Clemensbriefes, aber dem Sinne nach oft dunkler und verschwommener. Vielfach sind

1) Hexameter. 2) Psalm 140, 2. 3) Entweder: dass wir nicht gleiches Schicksal haben mit denen, die von Menschen erwählt sind (Anspielung auf die Erhebung Hermanns durch den Kaiser), oder, dass wir nicht Theil haben mit den Erwählten des Himmels ('eorum' auf 'celestes' zurückweisend), dass wir nicht vom Himmel ausgeschlossen werden; ersteres namentlich des 'communicando' wegen wahrscheinlicher, welches sonst absolut stünde. — Der Psalmist sagt: 'et non communicabo cum electis eorum'. W. 4) Drei Hexameter.

Anspielungen gemacht, Namen werden möglichst umgangen oder doch nicht in gewöhnlicher Form, sondern in abgelegener, gesuchter gegeben. Reime treten gegen hexametrisch gebildete Sätze oder wirkliche leoninische Hexameter zurück. Der positive Inhalt ist gering. — Jedenfalls wird man kaum recht thun, diesen Brief und andere ähnlichen Schlags als Stilübungen zu fassen, wozu man neuerdings nur zu geneigt ist.

IV.

Konrad I. von Wettin entsagt mit Gemahlin und Söhnen allen Rechten auf das neu errichtete Kloster Elchingen (Diöc. Augsburg), übergiebt es mit allem Zubehör dem Papste und bittet diesen, es mit einem Privilegium zu bewidmen.

1142, März 27. Brehne.

Summo sancte Romane ecclesie et apostolice sedis pontifici, dignissimo quoque et universalis ecclesie patri, I(nnocentio) videlicet servo Dei, C(onradus) unus Dei gratia principum Saxonie, possessor et tutor Missinensis monarchie¹⁾, una cum coniuge sua L(iutgarde)²⁾ et dilectis filiis suis O(ttone)³⁾, T(hieterico)⁴⁾, H(einrico)⁵⁾, D(edone)⁶⁾ tante dignitati debitam omnimodo subiectionis reverentiam. Veteris et novi testamenti patrum exemplis edocti, divinis⁷⁾ etiam et apostolicis preceptis informati, vere didicimus et fideliter credimus, et fideles quoslibet oportere Deo et ipsum promerendum devotissimos existere et non solum temporalia bona, verum et se ipsos debere sinceriter et iustissime ipsi ex toto offerre. Hec attendentes, ne coram Deo vacui penitus inveniremur: Ego C(onradus) Dei gratia marchio cum coniuge mea L(iutgarde) et dilectis filiis nostris O(ttone), T(hieterico), H(einrico), D(edone), ad remedium anime nostre et parentum nostrorum, abbaciam in Svevia super ripam Danubii sitam in Augustensi episcopatu, in predio et hereditate nostra⁸⁾ et in loco, qui dicitur Elchingen, feliciter mutata, quippe ubi Deo sueque matri Marie semper virgini ibidem serviatur: Hunc, inquam, locum et ipsam abbaciam cum omnibus eidem pertinentibus Deo suisque sanctis apostolis Petro et Paulo et Romane sedi devotissime et ad integrum offerimus, et omni iure abdicato in per-

1) Konrad I, der Grosse, von Wettin, 1103—1156, seit (1123) 1129 erblicher Markgraf von Meissen (vergl. Giesebrecht, Kaisergesch. I, S. 425).

2) Oder Lucardis, Tochter des schwäbischen Grafen Albrecht (von Ravestein?). 3) Otto der Reiche von Meissen, 1156—1190. 4) Dietrich IV. von Landsberg, 1156—1183.

5) Heinrich I. von Wettin, 1156—1181. 6) Dedo VI, der Dicke, in Rochlitz, 1156—1190. 7) Ursprünglich 'dignis', darüber von neuer Hand 'divinis'. 8) Stammte von der Liutgarde her, vergl. weiter unten.

petuum subicimus, hac quidem libertatis condicione, ut unus ex hoc loco Romane sedi singulis annis solvatur aureus. Noscatur vero, venerande pater, sanctitas vestra, qualiter in eodem loco tempore parentum uxoris mee castrum fuerat pridem et turris Babilonis constructa, et quomodo locus ille situ suo conveniens ante videbatur mundanis¹⁾ illecebris, eo magis nunc ad lesionem inibi Deo monastica vita serviencium, immo ad subversionem loci antiquus valde timetur hostis. Quapropter sub testificatione Dei sanctorumque omnium, sub obtentu quoque nostre devote servitutis, pater amande, sanctitatis vestre discretionem suppliciter implorantes flagitamus, quatenus eiusdem loci cum omnibus pertinentiis suis donacionem vestra dignanter auctoritas suscipiat, et ita sub cyrographo apostolice tuitonis et vinculo vestri²⁾ anathematis beato Petro et Romane sedi firmissime adstringat, ne huic per vos sic roborate tradicioni cuiusquam tyrannidis amodo temeraria potestas manus lesionis inponere presumat.

Oblata est autem Deo et beatis apostolis suis Petro et Paulo huius donacionis tradicio III. Kal. Marcii. Dominice incarnationis anno MCXLII. Indictione V. in loco qui dicitur Brem, Magdeburgensi cathedre C(onrado) archiepiscopo presidente, et Cûnrado II, alias III, regnante, presentibus testibus plurimis et idoneis, velud maior pagina ad vos prolata commemorat.

Abschriften vom c. 14. und c. 17. Jahrhundert (Elchingen Fasc. Nr. 1) im allgemeinen Reichsarchiv zu München.

Zuschriften dieses Inhaltes sind im Ganzen nicht zahlreich erhalten. Der vorliegende ist offenbar der mehr freundschaftliche, vom Markgrafen und seiner Familie geschrieben, diplomatisch durch das Schwanken zwischen Brief- und Urkundenform (wörtliche Aufnahme einer kurzen Schenkungsurkunde, feierliche Urkundendatierung) nicht uninteressant. Das officiële Actenstück, die rechtskräftig formelle Ueberweisung des Klosters an Rom, ist zum Schlusse mit maior pagina erwähnt, welche von vielen Zeugen unterfertigt sei. — Vergl. Lünig, Spicil. Eccl. III, S. 274; Schöttgen, Gesch. Conrads des Grossen, S. 287.

V.

Alvisus, Bischof von Arras, ersucht Papst Eugen III, für das Kloster Marchiennes (Diöc. Arras) eine Bestätigung der Altäre von Sailly (Dép. Nord oder Pas-de-Calais) und Gouy (Dép. Pas-de-Calais) auszustellen.

c. 1146. Sommer.

Domino et patri Eugenio, Dei gratia sanctę Romanę ecclesię summo pontifici, Alvisus Dei patientia Attrebatensis

1) 'mundane' Hs.

2) 'vestre' Hs.

ecclesię minister indignus¹⁾ salutem et in omnibus obedientię et subiectionis reverentiam. Paternitatis vestre sublimitati notum facimus, altaria duo de Sailli et Goi, a predecessore nostro bone memorię Roberto²⁾, prece nostra, cum adhuc abbatis officio fungeremur³⁾, Marcianensi ecclesię collata esse et predecessorum vestrorum privilegio confirmata. Nos quoque, postquam ad episcopale onus per Dei patientiam, licet indigni pervenimus, eadem altaria prefatę ecclesię confirmavimus. Unde sanctitatem vestram humiliter obsecramus, quatinus, ne in posterum pax ecclesię perturbetur, quod diu canonicę et quiete Marcianensis ecclesia tenuit, eam in futurum in pace tenere faciat et auctoritatis vestre privilegio roboretis. Valeat et vigeat sanctitas vestra semper in Domino.

Abschrift vom Ende des 12. Jahrhunderts des Cart. de l'abbaye de Marchiennes fol. 51, im Archiv des Dép. Nord zu Lille, daraus Nouv. acq. Nr. 1204, p. 65, in der Bibl. Nat. zu Paris.

Mit diesem Schreiben wird die Bulle Eugens III. vom 2. Sept. 1146 (Acta I. Nr. 188) zusammenhängen, was alsdann zugleich Anhalt für die Datierung gewährt.

1) Alvisus, Bischof von Arras, 1131—1148. 2) Robert, Bischof von Arras, 1115—1131. 3) Alvisus war Abt von Anchin gewesen.